


DECRETVM D. IVO-
NIS EPISCOPI CARNVTENSIS
SEPTEM AC DECEM TOMIS SIVE
PARTIBVS CONSTANS,

Scriptum quidem ante annos quadringentos quinquaginta, sed antehac nunquam in lucem æditum, nunc autem primùm diuulgatur cura ac studio Io. Molinæi Gandensis V. I. Doctoris & Regij Decretorum Lo-
uanij professoris.

In sole posuit tabernaculum suum.



LOVANII

*Excudebat Bartholomæus Grauius Typographus Iuratus sibi, &
heredibus Arnoldi Birckmanni, An. M. D. LXI.
Cum gratia & Privilegio Cæsareo ad Decennium, & Regia Catholica
Majestatis ad annos octo.*

COLL. SOC. IESV S. ALBERTI DONO REGVM



REVVERENDO DEI
QVE AMANTISSIMO PATRI AC

DOMINO, F. BERNARDO A FRESNEDA AB ARCA-

*nis confessionibus Regia Catholica Maieftati, Domino &
Mecanati suo colendissimo, Ioannes Molinæus eius
fdem Louanij Decretorum professor.*

S. D. P.



INTER ecclesiam & rempublicam, conuenientiam esse quãdam & coniunctionem naturæ, quam Græci *συμμετρία* vocant, Reuerendè pater Confessor: & veteres rerum sacrarum scriptores memoriæ prodiderunt: & nos indies varijs magnisque exemplis, prochi dolor, ne longius ea petere necesse sit, latis superque edocemur. Equidem hæc duo sacerdotium ac imperium (quibus humano generi, teste Iustiniano nostro maiora dona Deus nulla contulit,) cum vnus eiusdemq; corporis, Christianæ inquam societatis, veluti membra sint: profectò fieri nequit, quã vno eorum affecto, labantène, simul afficiatur, labatue & alterum. Quod cum omnium minime ignoret Philippus Hispaniarum Rex, Dominus ac princeps noster Clementissimus, eiusque prudentissimus senatus: rectè sanè ac ordine, externis bellis iam defunctus, (quæ omnia ei ex totius populi omniumque reipub. ordinum, sententia, quin admiratione verius confecta sunt) nihil aequè cogitat, quàm vt compositis religionis quoque, tamen ante sua tempora coortis, dissidijs, biforem reipublica Christiana: Ianum, aliquãdo claudat, ratus, quod res est, totam hæc sacram ardem patere, geminâq; eius portas, legis nempe ac religionis, siue rerum humanarum perinde ac diuinarum adapertas fore, quoad in ecclesia intestini motus ac tumultus, personabunt. Porro ne quis hæc à me conficta, assentationisue ergò dicta esse fortè suspicetur, de multis vnum, alterumue argumentum, non illud quidem præcipuum maximèque illustre, sed mihi notissimum, & ad inficitum plurimum pertinens, lubet adducere. Quantam enim curam instaurandis hæc in Academia literarum studijs, in toto imperio, in difficillimo quamuis arari tempore, adhibuerit: omnia fora, omnia theatra, omnes porticus, omnes denique Grammatices, Iuris, Medicinæ Theologiaeque scholæ loquuntur, puta quarum professoribus vel mineral primus constituerit: vel adeo adauxerit, vt non iniuria author conditorque omnium prælectionum, vel vt verius dicam omnium disciplinarum parens, appellari possit. Ac ne dicam, vel in re medica vnam: vel in iurisprudencia binas, Institutionum videlicet & Titulorum iuris, ab ipsis erectas fundamentis prælectiones, vetustioribusue professoribus locupletata mirificè honoraria: ecquis non perspexit singulare Regis nostri erga religionem studium, vel ex eo, quòd antiqua: Decretorum ac ordinariæ professioni (quam eruditionis portionem reliquis magis abiectam contemptamque iacere fortè obseruaret) aliam nouam eamque quotidianam addiderit? In quam quidem cum omnibus alioquin probè constitutis firmatisque, nihil præter professorem, qui obiret, desideraretur: neque quis facile principio reperiretur, qui vel aliquantulum esset appositus, ipse hisce difficultatibus nihil commotus, persistit nihilò secius in sententia, adeo vt etiam extra hanc urbem, per provincias, qui id muneris subiret, quæri vestigarique mandauerit. Quod tamen nolim eò à me dictum quisquam interpretetur, quasi id temporis nemo hic fuerit, in hanc functionem idoneus, verum quòd is qui proculdubio, omnium etiam calculis erat aptissimus, quique hanc provinciam & cum sui laude, & cum auditorij fructu maximo fuerat procuraturus, (quem virum honoris causâ nominare superfedeo) quòd is, inquam, quantumuis rogatus, in animum suum inducere non posset, vt vel susciperet, vel etiam susceptam iniret. ita non tam deficientibus, quàm reculantibus melioribus, postremum ventum est ad me, qui non solum Academia, luitro penè toto, excesseram: verum etiam rei familiaris cogente angustia, Musis omnibus ferè iam dudum nuncium miseram. Quid multis opus est, en quo non me facer situ-

12501014
A 50 PROLOGVS D. IVONIS CARNO-

TENSIS EPISCOPI, IN DECRETVM A SE CONCIN-

natum: & partibus seu libris septem ac decem digestum.



Exceptiones Ecclesiasticarum regularum, partim ex epistolis Romanorum Pontificum, partim ex gestis Conciliorum Catholicorum Episcoporum, partim ex tractatibus orthodoxorum patrum, partim ex institutionibus Catholicorum Regum, nonnullo labore in vnum corpus adunare curavi, vt qui scripta illa, ex quibus ista excepta sunt, ad manum habere non poterit, hinc saltem accipiat, quod ad comodum causae

suae valere perspexerit. A. fundamento itaque Christianae religionis, id est fide inchoantes, sic ea quae ad sacramenta ecclesiastica, sic ea quae ad instruendos vel corrigendos mores: sic ea quae ad quaeque negotia discutienda vel definienda pertinent, sub generalibus titulis distincta congestimus, vt non sit quaerenti necesse totum volumen euoluere, sed tantum titulum generalem suae quaestioni congruentem notare, & ei subiecta capitula sine interpolatione transcurrere. In quo prudentem lectorem praemonere congruum duximus, vt si forte quae legerit, non ad plenum intellexerit, vel sibi inuicem aduersari existimauerit, non statim reprehendat: sed quid secundum rigorem, quid secundum moderationem, quid secundum iudicium, quid secundum misericordiam dicatur, diligenter attendat: quae inter se dissentire non sentiebat, qui dicebat: Misericordiam & iudicium Cantabo tibi Domine. Et alibi: Vniuersae viae Domini, misericordia & veritas. Habet enim omnis Ecclesiastica disciplina principaliter hanc intentionem, vel omnem aedificationem aduersus scientiam Christi se erigentem destruere, vel aedificationem Dei, fidei veritate, & morum honestate constantem construere: vel eandem si contaminata fuerit, poenitentiae remedijs emundare. Huius aedificationis magistra est Charitas, quae saluti proximorum consulens, id praecipit aliis fieri, quod sibi quisque vult, ab alijs impendi. Quicumque ergo Ecclesiasticus doctus, ecclesiasticas regulas ita interpretatur aut moderatur, vt ad regnum Charitatis cuncta quae docuerit, vel exposuerit, referat, nec peccat, nec errat: cum saluti proximorum consulens, ad finem sacris institutionibus debitum peruenire intendat. Vnde dicit beatus Augustinus de disciplina ecclesiastica tractans: Habe charitatem, & fac quicquid vis. Si corripis, corripe cum charitate. Si parcis, parce cum charitate. sed in his adhibenda est summa diligentia, & mundandus oculus cordis, quatenus in puniendo, vel parcendo, sanandis morbis charitas sincera subueniat: & nemo ibi vanae medicorum more, quod suum est quaerat: & Prophetica illam reprehensionem incurrat: Mortificabant animas quae non moriebantur: & viuificabant animas quae non viuebant. Sicut enim

Quibusdam sunt qui in his sententiis pariter per se sunt
non solum in his sententiis pariter per se sunt.

Quibusdam sunt qui in his sententiis pariter per se sunt
non solum in his sententiis pariter per se sunt.

Quibusdam sunt qui in his sententiis pariter per se sunt
non solum in his sententiis pariter per se sunt.

Quibusdam sunt qui in his sententiis pariter per se sunt
non solum in his sententiis pariter per se sunt.

Quibusdam sunt qui in his sententiis pariter per se sunt
non solum in his sententiis pariter per se sunt.

Quibusdam sunt qui in his sententiis pariter per se sunt
non solum in his sententiis pariter per se sunt.

Quibusdam sunt qui in his sententiis pariter per se sunt
non solum in his sententiis pariter per se sunt.

Quibusdam sunt qui in his sententiis pariter per se sunt
non solum in his sententiis pariter per se sunt.

Quibusdam sunt qui in his sententiis pariter per se sunt
non solum in his sententiis pariter per se sunt.

Quibusdam sunt qui in his sententiis pariter per se sunt
non solum in his sententiis pariter per se sunt.

